DE

EXOPHTHALMO

CUM STRUMA ET CORDIS MORBO CONIUNCTO.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITERARUM HALENSI

AD GRADUM

DOCTORIS MEDICINAE ET CHIRURGIAE

RITE ASSEQUENDUM

DIE XVI. M. AUGUSTI A. MDCCCLIII

H. L. Q. S.

PALAM DEFENSURUS EST

AUCTOR

FRIDERICUS GUILELMUS ZSCHUCK.

OPPONENTIBUS

LUDOVICO NÜRNBERG, M. C.
AEMILIO NOTH, M. C.

HALAE

TYPIS ORPHANOTROPHEI.

AVUNCULO OPTIMO CARISSIMO

ERNESTO AB ROHRSCHEIDT

TRIBUNO MILITUM AC PRAEFECTO COHORTIS VELITUM EXPEDITAE
LEGIONIS VICESIMAE OCTAVAE
EQUITI AQUILAE RUBRAE GLADIATAE
ETC. ETC.

HOC QUALECUNQUE PIETATIS ATQUE INDUSTRIAE
SUAE MUNUS

D. D. D.

GUILELMUS ZSCHUCK.

Scribere mihi proposui de eo cordis morbo, qui coniunctus existere solet cum struma et exophthalmo. Quarum morbi trium partium quae prima oriatur, accurate dici non potest: verisimile est, morbum in crasi sanguinis aeque irregulari et vitiosa ac chlorosim positum esse. Quod si huic malo nomen videretur addere, haec fere aptissima dicerem: exophthalmum chlorotico-scrofulosum, exophthalmum haematoso-scrofulosum, exophthalmum anaematico-scrofulosum, haematosin chlorotico-scrofulosam. De Basedow id nostro sermone nominavit „Glotzaugenkachexie".

Primus hunc morbum accuratius cognosse et descripsisse videtur de Basedow Martisburgensis, qui iam in Casparis annalibus universae medicinae artis [1]) satis dilucide nonnullos casus, quos ipse observaverat, exposuit atque exophthalmum a se descriptum contendit prorsus singularem esse. Atque hac in re casum sibi vindicat a Paulio in Heidelbergensibus annalibus [2]) sub nomine hydropis membranae Decemeti prolatum, ac de compluribus aliis casibus, qui similiter parum intellecti sunt, enarrat, quos St. Yves [3]) in „nouveau traité des maladies des yeux" sub titulo „des amas d'humeurs qui se font derrière le globe de l'oeil" et Louis [4]) in „mémoires de l'académie de chirurgie", denique Bousquet et Bellanger [5]) in „traité des maladies des yeux par A. Scarpa" efferunt.

---

1) Caspers Wochenschrift für die gesammte Heilkunde. 1840. Nr. 13. 14.

2) Heidelberger Annalen. 1837. 3. Band. Heft 2.

3) Nouveau traité des maladies des yeux. Paris 1722.

4) Mémoires de l'académie de chirurgie. Tome XIII. pag. 350.

5) Bousquet et Bellanger: Traité des maladies par a Scarpa. Paris 1821. Tome II. pag. 190.

Eodem anno, quo a de Basedow hic morbus de scriptus est, Brück[6]) Osnabrugiensis etiam in Caspari diariis commemorat, se hunc morbum antea iam cogno visse eiusque casus complures descripsisse in de Ammoni diariis de ophthalmologia [7]) atque eos quattuor casus re petit „buphthalmi hysterici" nomen usurpans. Videtur au tem ille nec strumam propriam, nec erethismum validu cordis aeque proprium, neque animi irritationem obser vavisse, sed his casibus, quos in de Ammonis diarii ophthalmologicis inscripsit „ad pathogeniam hydropis oculi morbum hystericum subesse vult. Sed omnes istos quat tuor casus ipse contemplatus non est. Addit autem quin tum casum et censet exophthalmum ex hypertrophia tela cellulosae ortum esse, etsi aliquam etiam causam in spa stica quadam musculorum oculi aegrotatione, inprimi hystericae dispositionis, positam esse censet. Attamen, u Basedow [8]) commemorat, paralysis nonnunquam sublat impressione nimium adipis augmentum gignere potest, spas mus non facile, nomen vero „buphthalmus hystericus" na turam hypertrophicam excludit. Neque hoc loco Brüc quidquam commemorat de tumore glandulae thyreoideae.

De aliis nonnullis casibus, quos observavit, exponi Sir Henry Marsh in „Dublin Journal of medical science" [9]) qui strumam commemoravit cum vehementibus palpitationibus et venarum colli extensione superficiali coniunctam nec tamen cum exophthalmo. Idem alium eodem loco casum affert, in quo struma cum exophthalmo exstitit, ne non cum morbo quodam cordis, cuius notae fuerunt impulsus cordis densus ac validus et nimis exilis alter cordis strepitus.

Porro Graves [10]) in „on clinical medicine" inte morbos cordis unum memorat, qui palpitationibus eoque cognoscitur, quod aegroti in laevum latus cabare non

---

6) Caspers Wochenschrift für die gesammte Heilkunde 1840 Nr. 28.

7) v. Ammon's Zeitschrift für Ophthalmologie. Band IV, Jahrgang 1835. Heft 3 u. 4. pag. 460.

8) Caspers Wochenschrift für die gesammte Heilkunde 1848 Nr. 49.

9) Dublin Journal of medical science. Vol. XX.

10) Graves. On clinical medicine. pag. 674.

possunt, pulsus autem sunt centum et viginti et ad ducentos. Quem morbem secutus est primum glandulae thyreoideae tumor, bulborum accretio satis grandis, obtutus denique immobilis, torpidus, trux.

Mac Donnel in „Dublin Journal of medical science“ [11]) inter „observations on a peculiar form of disease of the heart, attended with enlargement of the thyreoid gland and eyeballs“ casum inducit eiusmodi, ut pupullarum accretio luculenter asservaretur cum magno rigore ac oculorum torpore, palpitationes etiam cognoscerentur et in regione glandulae thyreoideae impressio quaedam aegrotum vexaret, ipsius autem thyreoideae accretio nulla esset. In duobus, quos addit, casibus servavit idem et palpitationes et bulbi prominentiam tam validam, ut palpebrae claudi non possent.

Alii duo casus asservati sunt ab Henoch [12]) Berolini, in quibus praeter strumam et palpitationes singularis bulborum prominentia visa est, ac quidem exeunte anno 1847 et medio 1848.

Commemorat etiam Heusinger [13]) in Casparis diariis exophthalmum coniunctum cum struma et palpitationibus.

Quem mors secuta est aeque atque illum morbum de quo Naumann [14]) egit. Est hic morbus cordis singularis cum struma et exophthalmo a viro doctissimo accurate descriptus, postquam corpus mortui aperuit et percunctatus est.

Uberius etiam de hoc morbo Helfft [15]) disputat et plurima verba de exophthalmi natura facit. Idem commemorat tres casus a Begbie [16]) in „Edinburgh monthly Journal“ in lucem prolatos, qui orti visi sunt ex leucorrhoea profusa et prodiga sanguinis profusione, et tres casus a Cooper [17]) spectatos.

---

11) Dublin Journal of medical science. Vol. XXVII. pag. 200.
12) Caspers Wochenschrift 1848. Nr. 39. 40.
13) Ebendas. 1851. Nr. 4.
14) Deutsche Klinik 1853. Nr. 24.
15) Caspers Wochenschrift 1849. Nr. 29. 30. 48. 49.
16) Edinburgh monthly Journal. February 1849.
17) Caspers Wochenschrift 1849. Nr. 49.

Denique casum invenimus a Lubarsch [18]) spectatum et memoriae proditum, qui morbi fundamentum vitiosam quandam sanguinis crasin fortasse scorbuticam esse contendit.

Inter hos viros doctissimos proxime commemoratos Donnel universas morbi notas proprias in basi dyscratica sitas censet. Henoch casus a Basedow palam factos nescit et hanc ob causam medicos Britannicos morbum primos observasse opinatur. Nihilo minus censet, dyscrasiam huius mali fontem esse.

Qua in re recentiores quoque Helfft, Begbie, Lubarsch, Heusinger, Naumann assentiuntur, dyscrasia scilicet triplicem morbi statum contineri. Sed ne ex his quidem ullus morbi naturam aut luculenter adumbravit, aut satis accurate definivit et descripsit.

De symptomatibus.

Haec quidem imprimis morbi symptomata sunt: palpitationes, struma, exophthalmus. De quibus Basedow summatim ac breviter in Casparis annalibus [19]) sic loquitur:

„Bei Frauen in den 20 bis 30r Jahren, die früher an Scrofel litten, selten bei Jungfrauen und Männern, nach Schwächung durch Metrorrhagie, vomitus cruentus, fluor albus, dysenteria, lienteria, rheumatismus acutus, lactatio, hinterbleibt eine der chlorotischen sehr ähnliche Dyscrasie mit Erethismus des Kreislaufes, abmattenden Schweissen und wechselt bei immer regem Appetite eine lienterische Weichleibigkeit auf Zeiten lang mit einem sehr trägen grauen Stuhl, in welchem letztern Falle die Schweisse oft sehr übelriechend werden.

Das Herz scheint einer znnehmenden Erweiterung unterworfen, es schlägt breit an, lässt Säge- und Blase-Geräusch, auch musikalische Töne vernehmen. Auch in der aorta descedens wurde in einigen Fällen Säge-Geräusch wahrgenommen.

Die Schilddrüse schwillt in ihrer Totalität, oder nur im mittlern Lappen, mehr oder weniger rundlich, härtlich an und wird dabei empfindlich.

---

18) Caspers Wochenschrift 1850. Nr. 4.

19) Ebendas. 1848. Nr. 49.

Die Augäpfel, gewöhnlich einer etwas mehr als der andere, treten in grader Richtung aus der Augenhöhle hervor. Am Rande der letztern werden Unebenheiten in der Tiefe nicht gefühlt, die orbita scheint aber voller, denn die hervortretenden bulbi lassen sich nicht zurückdrücken. Aeusserungen eines congestionellen, oder gar entzündlichen Leidens in der Augenhöhle, wie Sichel [20]) gefunden haben will, werden nicht wahrgenommen, die Lider sind aber ringsherum weich unterwulstet und ist deren Spalte anfänglich enger gestellt. Cornea, iris, Pupille sind in Form und Farbe normal, der visus so scharf, wie früher, nur kurzsichtiger durch die bei dem Hervortreten der bulbi nothwendig stärkere Spannung der graden Augenmuskeln. Bei stärkerer Ausbildung der Glotzaugen wird nothwendig die Liderspalte weiter, die Lider treten, so dass die weisse Augenhaut unter und über der cornea sichtbar wird, zurück, die Bewegung der bulbi ist nun etwas gehindert, es zeigen sich öfters kleine Anflüge von taraxis, und ist es soweit, dass die Kranken erst mit ganz offenen Augen schlafen, durch die nictitatio den bulbus nicht mehr feuchten und abkühlen können, auch chemotische Entzündungen, welche bei einem der Kranken Vereiterung der Hornhaut und Verschrumpfung der vorderen Gebilde der bulbi nach sich zogen, wonach die Stümpfe der durch Verlust des humor aqueus und der Linsen doch verkleinerten bulbi aber immer noch auf ihren Stielen und durch die recti viertheilig, wie Waarenballen eingeschnürt, weit aus der orbita hervorragend blieben.

Auffallend hat sich aber auch schon das Temperament der Kranken verändert. Früher entschieden phlegmatisch, zeigen sie nun oft eine desperate Heiterkeit, zerstreuen, vergnügen sich gern, besuchen trotz ihres fabelhaften Ansehns gern öffentliche Orte und Promenaden, haben gewissermassen Lufthunger, lieben den Zug, tragen ihren abgemagerten Hals, Brust und Arme gern bloss, und haben hier, da bei dieser auffälligen Temperamentsveränderung aus Kurzathmigkeit auch die Sprache sehr hastig wird, sämmtlich das Schicksal gehabt, von den Laien für Verrückte gehalten zu werden.

---

20) Bulletin général de thérapie. Mey. E. 166.

Bei höherer Ausbildung und zunehmender Abmagerung wird eine bleibende Fülle des Bauches und eine sulzige Anschoppung der Unterschenkel und Füsse um so auffälliger. Mehrmals liess der Bauch eine gleichmässige gegen Druck unempfindliche Anschwellung der Leber, ein ascites durchfühlen, die Perkussion gab überall massiven Inhalt an, und deutete so auf Fettablagerung oder Drüsenhypertrophie. Nie liess Eindruck auf die Unterschenkel Gruben zurück, nie die Acupunctur Serum ausfliessen. In zwei Fällen waren Finger- und Zehenkuppen kulbig mit gekrümmten blaugrauen Nägeln, wie bei Cyanose angeschwollen.

Menostasie und Leukorrhöe ist bei den Frauen durchgängig vorhanden. Auffallend schwinden bei ihnen die Brüste. Bei einem Manne dagegen, bei dem sich auch die sehr grosse Struma (NB. diese bildet sich immer erst in der Krankheit) mit Varikositäten und Hydatiden durchzog, schwollen die Brustdrüsen sehr an, die linke überzog sich mit einem dunkeln Venennetze, liess harte Bündel von Lymphgefässen durchfühlen, Colostrum ausfliessen und verursachte viel Schmerzen.

Immer breiter und ungestüm schwankend wirft sich endlich das Herz in unregelmässigen Schlägen gegen die Brustwandungen, unter grosser Dyspnöe tritt eine Lungenblennorhöe hinzu, unaufhörlicher Husten fördert grosse Massen glasigen Schleims, der Urin wird sparsam, stinkend; ebenso übelriechend sind die profusen Schweisse und die Kranken verspotten täglich den Arzt, weil er ihre vermeintliche offenbare Schwindsucht doch nicht curiren könne.

Sie . . . . . erholen sich immer wieder, meist zwar nur, um nach 10 bis 18monatlichem Besserbefinden, während welcher sich Verdauung, Ernährung Kreislauf, Menses wieder reguliren, die Hypertrophien der Schilddrüse in der Orbita und im Bauche bis auf kleine Reste sich verlieren, Rückfälle zu erleiden."

Ille casus a Pauli [21]) in annalibus Heidelbergensibus allatus, qui sine struma exstitit praeter symptomata supra dicta praebuit statim ab initio tussim siccam, urinae

---

21) Heidelberger med. Annalen. 1837. Band III. Heft 2.

deminutionem, virium defatigationem, febrim vespertinam cum ardentibus manibus, artus vehementer depascentem, pedum denique oedema. Bulbi contrectanti contenti visi sunt, cornea magis arcuata, pupilla amplificata. Illam bulborum contentionem aegrotus sensit, sed alios praeterea dolores passus est nullos.

Pulsus plerumque repertus est parvus ac frequens, ictus cordis sonorus, lingua praepropera et festinans.

Basedow observavit in alio casu pulsum irregularem, ictum cordis praevalidum, bractearum vel laminarum sono similem, crepitum alterum cum strepitu quodam susurrante commixtum; auditus est praeterea in carotidibus stridor quasi serrarum etiam sensibilis, nec non pulsus, arteriis magis magisque irregulariter micantibus, tum magnus fuit, tum parvus, tum acceleratus, tum retardatus, adeo interdum intermissus.

Similia symptomata Marsh 22) detexit et descripsit. Alterius aegroti venae colli superficiales mirum in modum dilatatae erant, quoties autem palpitationes aut acceleratae aut retardatae, toties et struma et illa venarum dilatatio aut crevit aut decrevit. Alterius aegroti impulsum cordis Marsh vidit late diffusum, sonum cordis exilem, sed latiori ambitu et vastum, strepitum cordis alterum maxime attenuatum. Praeterea crepitus carotidis eo loco, quo glandula thyreoidea morbo affecta superiacebat, tam vehementer stridens fuit, ut ipse aegrotus eum audiret. Palpitationes una quaquam commotione concitabantur, pulsus semper amplius nonaginta ictuum erat. Denique saepe, plerumque matutino tempore, vehementes dyspnoeae incursus in corpus aegroti irruerunt.

Ille aegrotus, cuius morbum Graves 23) observavit, et palpitationibus non caruit et primo in laevum latus cubare prorsus non potuit. Eius pulsus minutus fuit, certe centum et viginti, saepe ducentorum ictuum. Accessit struma, quam secuta est constrictio quaedam sensibilis in illo loco, et vocis attenuatio mediocris. Ceterum conflictatus est aegrotus capitis doloribus assiduis et pulsatione, insomniisque et visibus nocturnis fatigatus est. Actio cor-

---

22) Edinb. Journ. of medical science. Vol. XX.
23) On clinical medicine. pag. 674.

dis enormis fuit, strepitus autem aeque ac sonus percussionis constantes ac congruentes. Glandula thyreoidea ex tribus duas partes colli, easque infimas obtinuit et visus est tumor mollis, ita ut cornu laevum vehementius extumesceret, quam dextrum. In ipso tumore stethoscopio perceptus est strepitus acutus fere musicus, in carotidibus tabescens et manu admota stridor validus sentiebatur, isque alaeva parte validissimus. Exophthalmus autem longo tempore post exortus est.

Alius homo hoc morbo affectus, quem Donnel [24]) observavit, et ipse in laevum latus cubare nequivit, sed apud hunc eodem tempore et palpitationes et exophthalmus exstitere et capitis dolores. Pulsus fuit constans et centum et viginti ictuum, sed invalidus. Nec stridor, neque ullus strepitus in collo perceptus est. Actio cordis tam grandis fuit, ut et per totam praecordii regionem praecipue in margine sterni perciperetur et stridor inde exoriens manu sentiretur. Atque, unde aorta originem ducit, ibi systolicus quidam audiebatur strepitus quasi follium, qui per aliquod digitos transversos in aortae decursu exaudiebatur. Glandula thyreoidea, quamquam non accreverat, tamen aegrotum dolore affecit.

Henoch [25]) invenit thyreoideam vehementer turgescentem et manu stridorem palpitationemque densam et crassam sensit, ac quidem in ipsa glandula, etiam in carotidibus vehementem pulsationem percepit. Struma illi, quae aneurysmatica dicitur, simillima fuit, cum praesertim et hic stethoscopio stridor haud tenuis et flatus quidam tumoris cognosceretur. Et palpitationes et angores aegroto affuerunt eo vehementiores, quo magis eius animus corporis contentione vel alia causa excitatus et commotus fuit. Eodem autem modo, quo struma, etiam pulsatio aut aucta, aut minuta est. A tertia costa usque ad quartam sonus percussionis elanguit. Manus eo imposita insigniter allevabatur, ita ut Henoch manu etiam cordis ictum accurate perciperet. Strepitus cordis justi erant et pulsus centum et quadraginta quattuor ictuum. Arteriae autem capitis et magis etiam cervicis tam vehementer micabant, ut iam procul ab aegroto is sonus audiretur.

---

24) Dublin Journal of medic. science. Vol. XXVII. pag. 200.
25) Caspers Wochenschrift f. d. g. H. 1848. Nr. 39.

Alter aegrotus, cuius mentionem Henoch fecit, vultum habuit vivum ruborem. Etiam hic struma tumor stridens et pulsans videbatur. Carotides micabant vehementissime et strumam rythmice levabant. Et in struma et in carotidibus et in subclaviis stridor fuit acutus, pulsui isochronicus. Impulsus cordis maxime dilatatus usque ad dextram partem sterni et supra epigastrium, atque mediocriter amplificatus fuit. Percussione ab inferiori margine costae secundae usque ad sextam dimidium digiti a laeva papilla sonus attenuatus percipiebatur. Hic quoque cum palpitationibus strumae magnitudo aucta est aeque ac prominentia bulborum. Pulsus erant centum et sexdecim iique pari magnitudine, aequis intervallis, sed paullulum rigidi. Praeterea aegrota insomniis cruciata est, et in laevum latus cubare non potuit.

Naumann [26]) morbum huiusmodi describit, cuis initio exstitere pulsatio cordis, motus cordis enormis, cephalalgia vehementer pavescens, denique angores. Accessit struma pulsans, quae cum magno aegroti dolore raptim accrevit. Cephalalgia per dies et noctes durans et permanens oculos quoque aggressus est. Unde ortus est deinde exophthalmus. Struma crescente cordis pulsatio et angores minuebantur. Cutis arida fuit, semper sine sudore, pulsus durus et aequis intervallis octoginta ictuum. Cor illisit ad septimam costam atque amplificatum fuit et hypertrophicum. Primi aortae soni loco audiebatur stridor et flatus vehemens et etiam manifestius in carotidibus et maxime in subclaviis. Singularis autem stridor et peracutus percipiebatur in arteriis glandulae thyreoideae, praecipue in arteria thyreoidea inferiori sinistra. Bulbi immobiles fiebant, palpebrae atrophae et fimbriae tenues; nulla fuit lacrimarum secretio. Coniunctiva erat diffuse rubrefacta et innumeris vasibus iniectis permeata et supra scleroticam maxime extensa videbatur. Cornea obducta erat crusta dimidiam lineam crassa et subfusca, quae a margine soluta et incurvata septem vel novem diebus post detrudebatur, quo facto corneae visum est fundamentum ravum nec satis pellucidum. Liquor quidam glutinosus et resinaceus intra sex octove horas obduruit et novam

---

26) Deutsche Klinik von Göschen. 1853. Nr. 24.

crustam genuit. Prae crusta, sed etiam iam sine crusta, oculi vix inter lucem et tenebras discernere potuerunt. Bulbi pilis carnosis, rubris, proiacentibus similes fuerunt. Crusta detrusa coniunctiva magis rubescebat et bulbi doloribus urentibus et contendentibus afficiebantur, quibus accessit cephalalgia frontis vehemens. Palpebrae in rugas abierunt, et in ruga dextra superiori abscessus quidam ortus est. Oculus dexter mox lucem omnino percipere non potuit, et laevus radiis cum magno dolore praestringebatur. In ambobus bulbis exstitit dolor fodiens et mordens, in cerebrum radians, quem devorandi difficultas et pleurodynia cum pulsatione cordis violenta, febri flagrantissima et acerbis angoribus secutae sunt. Noctu multus sudor fundebatur pulsatio cordis augebatur, angores etiam maiores, et pulsus fuerunt centum et quadraginta. Endocarditis sive pericarditis auscultatione reperiri non potuerunt; struma vehementer micabat cum stridoribus, qui et audiebantur et manu sentiebantur. Accedebat sitis magna, cibi appetentia nulla, violenta cum primo cordis sono synchronica ventris pulsatio ictibus vehementissimis, deinde pulsus minutio, delirium, angores. Decrescentibus cordis, strumae, oculorum capitisque pulsationibus ventris pulsatio accrescit. Delirium magis magisque invalescens sequitur, denique summa confectio, atque in hac confectione et animi defectu ipsa mors.

Lubarsch [27]) hunc morbum in muliere observavit viginti annorum, quae cum antea sana valetudine fuisset, cordis palpitationem primum sensit, quam tussis brevis et arida, gravis spiritus in ambulando, et magna artuum imbecillitas secuta est. Deinde exstitit vultus color lividus, et sudor nocturnus, totum corpus conficiens, eodem tempore etiam struma festinans. Cordis vitium nullum repertum est, pulsus cordis frequentes, centum et viginti, etiam in corporis tranquillitate. Paullo post intercurrentes, noctu violentissimae cum angoribus festinantes palpi tationes cordis. Ceterae functiones iustae fuerunt ut ventriculi et mensium. Mensibus paucis post acies oculorum hebescere coepit, ita ut aegrota nec centum passibns res dignosceret, nec in propinquo videret, quin dolores in

---

27) Caspers Wochenschrift 1850. Nr. 4.

oculo existerent. Bulbi deinde iam prominebant. Ex gingiva scorbutica sanguis profundebatur, quod malum scorbuticum, dum curatur, struma, exophthalmus, palpitationes in melius inclinant. Reconvalescentia quidem rursus varioloidum eruptione turbata est cum maximo aegrotae languore et confectione, quae corroberanda esset, sed crescentibus viribus per vinum, exophthalmo autem, struma, palpitationibus decrescentibus aegrota vires integras recuperavit et convaluit.

Heusinger [28]) eiusmodi exophthalmum affert, et sic fere decursum eius describit: Primum notalgia in regione sacrali gravescens cum torpore et debilitate quadam maxime in ambulando exstitit, nec non asthma. Menstruum factum est enorme, rarum, exiguum, luridum. Ceterae functiones iustae manserunt. Mox autem rapida accessit cordis pulsatio cum pulsibus enormibus et frequentibus. Pulsus cordis amplificatus est et dilatatus; postea glandula thyreoidea turgescere ac bulbi prominere cum myopia vehementer coepere. Malum dispar accedens et recedens mutabatur. Menses plane cesserunt, atque exstitit cedema pedum cum dyspnoea. Nihilominus aegrota hilaris et secura mansit, libenterque in hominum frequentia versata est. In salubrium Driburgensium aquarum usu vasorum concitatio etiam aucta est, aeque atque oedema pedum et dyspnoea. Suffocationes deinde exstitere praecipue noctu. Et ex urina hydropica ictibusque pleuriticis extravasatum pleuriticum coniicere licuit. Aegrota denique suffocata est.

Nonnullos alios casus invenimus apud Begbie [29]): Uxor quaedam palpitationes sensit unaquaque incitatione auctas. Vultus palluit et intumuit. Caput doloribus occupatum est. Oculi ex cavernis prodierunt, palpebrae divulsae albugineae maximam partem non operuerunt. Albuginea violacea plurimis vasibus permeabatur. Acies oculorum turbata non est, sed bulborum contentio vehementer mordebat, qui dolor aeque ac prominentia cum palpitationibus aucta sunt. Eodem tempore exorta struma erat et usque ad triplicem quadruplicemve thyreoideae glandulae magnitudinem brevi accreverat, erat contrectanti mol-

---

28) Caspers Wochenschrift 1851. Nr. 4.
29) Edinburgh monthly Journal. February 1849.

lissima ac cedens, cum palpitationibus minuebatur atque augebatur, maxime vasculosa videbatur et instar tumoris erectilis digito experienti apparebat. Pulsus parvus erat et celer atque in commotionibus stridens. Propter rapidam cordis actionem aderat perpetua capitis pulsatio, asthma gravissimum, animae deliquia, cephalalgia vehemens, vertigines, aurium tinnitus. Contractiones ventriculorum retardatae videbantur atque in ore aortae percipiebantur cum molli strepitu tanquam follium, qui etiam in carotidibus et maioribus arteriis strepuit. Neque impulsus cordis corroboratus erat, nec languidus sonus in regione cordis longius dilatatus. Irritatio nervosa, concoctio digestioque deturbata, menses non aequis intervallis et rari reperti snnt.

Neque in secundo aegroto, cuius Begbie notitiam nobis fecit, palpitationes non primae exstitere cum capitis pulsatione et vertiginibus, etsi catamenia regularia erant atque anaemia haemorrhoidibus effecta est. Bulbi magis magisque prominebant, palpebrae violaceae et nigricantes redditae sunt, vultus morosus. Glandula thyreoidea tumuit inprimis in ambobus lobulis a latere in tori nodive speciem, et quadruplicem sive quintuplicem voluminis iusti magnitudinem nacta est. Etiam iu hoc morbo tumoris augmentum et deminutio cum palpitationibus crescebat. Impulsus cordis vehemens, crepitus anaemiae non minus manifestus. Struma quoque et venae colli perpetuum strepitum ediderunt. Carotides violenter pulsabant, pulsus stridebat. Aegrota se non sine molestia in lecto erigebat, praeterea tussi vehementissima laborabat cum rheumate capitis et sensu quodam imminentis vitae exstinctionis.

Morbus, quem tertium idem refert, ortus est cum palpitationibus, molestiis asthmaticis, pulsu exiguo, sed citato et praepropero, vultus pallore, quem sequebatur in perturbatione rubor subniger, nervorum irritatione, secretionibus deturbatis, bulbis prominentibus, denique struma. Basis autem haud dubie anaemica cognosci potuit.

Tres denique morbos huc pertinentes profert Helfft 30) a Cooper spectatos. Ex quibus primus post palpitationes, quae iam sex menses duraverant, satis vehementes et

---

30) Caspers Wochenschrift 1849. 49.

deinde sequentem bulborum prominentiam demum exstitit non sine capitis dolore, aurium tinnitu, animi maestitia et morositate. Porro restringebatur alvus, menstrua deturbabantur et interdum deficiebant; quo tempore autem effundebantur cephalalgia, vultus tumor et hysteria orta est. Bulbi dolore vacuae et haud supra modum crassae erant, et palpebris clausis placide reprimi poterant. Sclerotica iusto colore fuit, et acies eadem, sed vultus color anaematicus. Pulsus minutus, contentus stridensque, centum et decem ictuum. Thyreoideae lobulus dexter tumuerat. In regione cordis et carotidibus percipiebatur eodem tempore, cum ventriculorum systole fuit, ut follium stridor.

Morbus seçundus hic est: Puellam imbecillam defecerant menses, et palpitationibus, cephalalgia et vertigine laborare coepit, mox etiam exophthalmo et thyreoidea turgescente. Secutae sunt capitis pulsationes, dyspnoea, inedia, extremitatum frigor, hysteria. Pulsus erant debiles, centum et octo; mollis follium strepitus ortus est in carotidibus et subclaviis, deinde thyreoidea turguit, bulbi ex orbitis prominuerunt; sed consistentia normalis mansit et bulbi facile reprimebantur. Nec sclerotica infecta, nec bulborum motus vel acies deturbata est.

Tertium denique morbum Cooper spectavit in iuvene septendecim annorum, qui quatuordecim annos natus esse videbatur, et ab infantia maxime infirmus, et iam inde ab anno decimo secundo palpitationibus, aurium tinnitu, pulsationibus et doloribus capitis laboraverat. Horrendas in quiete saepe species videbat, et concoctionibus ciborum fere semper impeditis omni et corporis et animi contentione abstinebat. Impulsus cordis valde corroberatus erat, et percipiebatur strepitus quidam intestinus ac quidem systolicus et satis clarus. Bulbi protrusi erant, sed acies non turbata, omnino nec dolor, nec molestia. Glandula autem thyreoidea intumuerat.

De morbi origine et causis.

Unde originem morbus ducat, omnino non constat. Videntur autem feminae inprimis ad eum proclives esse, quoniam non plus quater in maribus inventus est. Exstitit fere inter vicesimum et quadragesimum aetatis annum tribus illis casibus exceptis, quorum quidem notitiam accepi-

mus. Nam is aegrotus, quem Graves observavit, undesexaginta annorum fuit; praeterea Henoch morbum, hunce in puella septendecim annorum, White Cooper [31]) vero in adolescente septendecim annos nato invenit. Videtur porro morbus fere cum scrofulosi et chlorosi coniunctus exsistere; constat certe illos a Basedow spectatos aegrotos et alios nonnullos scrofulosos fuisse, atque chlorosim anteivisse.

Basedow morbum in debilitatione et confectione quadam positum censet, quam coniicit oriri ex metrorrhagia, vomitu cruento, fluore albo, dysenteria, lienteria, rheumatismo acuto, lactatione.

Ad singulos casus respicientibus nobis haec fere per brevius vel longius tempus occurrunt: scrofulosis, dysenteria, cessatio mensium, animi maeror ac maestitia, rheumatismus articularis, dolor cardialgicus, vomitus cruentus, rhachitis, pollutiones, alvi profluvium cum vomitu, chlorosis, hysteria (?), incrementum corporis rapidum, commotiones ac concitationes, dyspepsia, diarrhoeae vehementes et continuae intestino recto prolabente cum sanguinis profluvio ex intestinis, fluor albus, nervosa irritatio, perfrictio, typhus. Sed licet hic illic talia alia mala anteierint, tamen vix contendi potest, ex his morbum progenitum esse, qui fortasse sponte secutus est.

Naumann [32]) in eo aegroto, quem curavit, sic exstitisse morbum docet, ut primum viribus corporis acrius contentis et caeli asperitate perpetua musculorum articulorumque rheumatismus oriretur, sequeretur deinde struma cum exophthalmo expleta, tum exacerbationes et remissiones cum rheumatismo alternantes. Quocirca non coniicere non possumus, strumam aut ortam esse ex rheumatismo, aut in eadem cum eo basi positam fuisse.

Lubarsch [33]) casum aliquem novit, in quo nullum malum anteisse narrat, nisi uxoris fortem aegritudinem, quod coniux potator intemperantior esset.

Neque Heusinger in uno casu, ullum omnino malum aliud antegressum cognovit, praeter menses brevi tempore

---

31) Lancet 26. Mai 1849.
32) Deutsche Klinik 1853. Nr. 24.
33) Caspers Wochenschrift 1850. Nr. 4.

ante debilitatas, notalgiam, defessionem totius corporis et claudicationem.

Morbos a Begbie allatos aut anaemiae symptomata antecesserunt cum animi morosa aegritudine et leucorrhoea profusa, aut per tres quatuorve annos profluvia sanguinis per intestinum rectum haemorrhoidibus internis protrusi: Qua haemorrhagia finita anaemia exstitit. In tertio casu digestionis deturbatio per quatuor annos atque systematis uterinarii, ac leucorrhoea profusa, debilitans antecessit.

Cooper [34]) narrat in altero casu, aegritudinem et menstrua deturbata antegressa esse, in altero vero menses propter refrigerationem defecisse, tertium denique aegrotum omnino fuisse imbecillum atque aegra natura.

De sectione.

De anatome pauca tantum, eaque ne certa quidem constituta sunt. Non plus quinque corpora dissecta sunt primum a Basedow, secundum in morbo non satis impleto, tertium minime accurate, quartum a Naumann, quintum ab Heusinger. Naumann et Heusinger sectiones factas accuratissime exposuerunt; sed quum Naumann ventrem incidere non liceret, et Heusinger calvam aperire vetaretur, efficitur, nec hanc, nec alteram solidam et absolutam fuisse. Afferemus igitur duos primos et duos ultimos casus.

In mare, quem Basedow secavit, exophthalmus vehementer accreverat. Cum keratitis rheumatica anteisset, quam coniunctivae tumor sarcomatosus et iritis consecuti sunt, in lamellis corneae abscessus ortus est, qui in deturbationem ulcerativam transiens bulbo alimentum detraxit. Morbus autem cordis aegroto mortis causa factus est. Ceterum ex sectione haec fere cognita sunt:

„Laxe Corpulenz des Leichnams, wenig blutiges Wasser im cavum pectoris, flaccide, schwarz marmorirte Lungen, in deren Spitzen einige isolirte versteinerte Tuberkel; Auftreibung und schwarze Farbe der Bronchialdrüsen; als Erklärung der eigenthümlichen plarrenden Stimme des Kranken eine beträchtliche Erweiterung der

---

34) Caspers Wochenschrift 1849. pag. 782.

Stimmritze; die strumöse enorme Schilddrüse mit Hydatiden und Varikositäten durchzogen; Herzbeutel normal; Herz fettbekleidet, bei excessiver Grösse muskelarm, rund und platt, wie eine Taschenuhr; die Klappen an den Ostien insufficient; endocardium kirschroth; im rechten Herzen ein rundes gelben Farbestoff einpunctirt enthaltendes Gerinnsel; die Leber gross, glatt, insofern eine Muskatnussleber, als schon durch den Ueberzug runde Abgrenzungen in ihrem Gewebe durchschienen, welche auf Horizontalschnitten sich, wie Muskatnüsse, excentrisch dendritisch geadert zeigten; Bauchhöhle fettreich, frei von Wasser. Nach Eröffnung der Schädelhöhle: Häute und Gehirn gesund; processus orbitales ohne Erweichung oder Auftreibung nach dem Hirne zu, und nach Abmeisselung derselben hinter beiden, auch im Leichnam noch hervorglotzenden, Stümpfen der fast um die Hälfte verkleinerten bulbi ein schwefelgelber Fettkegel von zwei Zoll Länge, ohne alle verdächtige Faserbildung, den lang und dünn gezogenen nervus opticus umschliessend; musculi recti lang und dünn, die lamina papyracea der orbita unverändert.“

Secunda sectio fuit aegroti a Marsh spectati, apud quem cum palpitationibus struma et venarum in superficie colli dilatatio exstiterat. Thyreoidea enormiter lobata multas cystides et puri liquoris plenas continuit. Lacinia carotidem transibat, qua pulsationes acceperat. Vena iugularis dextra interna tam dilatata fuit, ut emisso sanguine unius et dimidiati digiti esset ambitu. Externa autem vena iugularis iam in vivo corpore utrimque ut tumor amplus conspiciebatur. Laeva cordis auris vehementer dilatata fuit, minus dextra. Ventriculus laevus mediocriter amplificatus et conspissatus fuit, nec non margines valvulae mitralis condensati fuerunt, aeque ac valvulae tricuspidalis.

Naumanni [35]) sectio, etsi non perfecte facta, accuratissima est. Glandulam thyreoideam maxime in inferiori parte amborum cornuum et in eorum ligamento nimis magnam ac turgescentem fuisse refert. Texturae fuerunt aequales, rubentes, liquoribus subrubris impletae. Multa

---

35) Deutsche Klinik 1853. Nr. 24.

praeterea extravasata aetatis diversissimae ad pisi magnitudinem, maxima in laevo cornu inferiori, inter quae passim pigmentum et cellulae pingues sparsae fuerunt. Defuerunt autem cystides, nec folliculus formatus fuerat. Arteriae vehementer succreverant, non item venae. Vestigia reperta sunt multa et residua rigida phlebitidis curatae. Venae maiores ad formam funium obliteratae fuerunt sine augmento circuitus collateralis. Membranae arteriarum durissimae et asperae nec non dilatatae, quarum ramificationes aneurysmatum quasi catenae factae erant, item magna ex parte crassamentis fibratis impletae. Arteriae thyreoideae inferiores originem duxerunt non ex arteria ascendente cervicali, sed ex ipsa subclavia, et maiores fuerunt, quam arteriae thyreoideae superiores. — Cordis in laevo ventriculo hypertrophici paries externa ad novem lineas crassa fuit, atque arctus ventriculus. Valvulae semilunares rigidae ac satis immobiles fuerunt cum laciniis asperis atque auctis, in quibus multa pinguia crassa cretosaque exsudata erant, Arantii noduli amplificati ac durissimi et latera ventriculo conversa laciniarum valvularum hastis pusillis incrustata. Aortarum introitus arctissimus. Valvulae mitrales exiguae et insufficientes. Musculorum substantia in acumine cordis sanguine impleta, marcida et fragilis. Cordis dextra pars paulisper dilatata, praecipue atrium et parietes mediocriter spissati fuere. Coronariae magna ex parte materia quadam firma, ut mortario ligata, nec non rugosa, arenacea refertae fuerunt et clausae. Ubi ventriculi et atrii fines coibant, ubi maximi vasorum trunci exoriebantur, ibi adipis permagna copia praesertim in coronariorum decursu coacervata fuit. Laevi ventriculi superficies plurimis maioribus et minoribus floccis lacteis, qui dicuntur, cooperta videbatur. Pericardium nusquam distortum, sed paullisper conspissatum vix dimidium cochlear seri continuit. Membranae aortarum durissimae, elasticae, semper coacervationibus atheromatosis tectae fuerunt, aeque atque arteriae magnae ex iisdem orientes. Arteriae vertebrales et mammariae internae similiter atque aneurysmatice affectae erant. Arteria basilaris duris parietibus, decursu glomerato penitus in pontem incidebat. Arteriae cerebri profundae et circuli Willisii rami duri, asperi, dilatati, nonnunquam aneurysmatici ac fere semper atheromatosis sedimentis cooperti fue-

runt. Similia cognita sunt in arteria ophthalmica, arteria centrali retinae, arteria ciliari, et in plexu chorioideo ventriculi quarti cum multis bullulis hydatidibus, qui etiam plures in plexu chorioideo cerebri magni reperiebantur. — Cerebrum membranaeque cerebrales sanguinis plenae, sinus durae matris turgentes et referti. Substantia cinerea mire lenta, partim caesia, inter tunicas exsudata pauca et serosa. Ventriculi paullulum seri continebant. Fasciculi fibrati substantiae corticalis maioris hemisphaerae valde tenaces, media loca molliora et striata includebant. Fasciculi longitudinales ab olivis ad corpora quadrigemina ascendentes in tergo pontis Varolii usque ad thalamos opticos et hemisphaeras maxime fuerunt emolliti; etiam vehementius corpora quadrigemina et crura superiora cerebelli usque ad hemisphaeras. Lineae a crurium cerebri et thalamorum opticorum ligamento radiatim mollitae in thalamis opticis, nonnullae etiam in corporibus striatis, chiasmate, nervis opticis. — Bulbi adipis multitudine coacervata ex orbitis protrusi ac paulisper amplificati fuerunt, ita ut laevus bulbus undecim et dimidiati, dexter undecim, diametrus transversa decem esset linearum Parisiensium. Adeps orbitarum ossibus finitima dura et granosa, media autem mollis et resinacea fuit, ac subrubra, quasi sanguine tincta esset. Ambae corneae turbatae maxime in vertice, ubi substantia praeter lamellam intimam mollita fuit. In margine corneae quasi necrosis quaedam sicca exstiterat. — Humor aqueus nubilatus erat cum multis granis elementariis et nonnullis bracteriis cholesteriis sine cellulis; capsula lenticularis et lens ipsa turbata. Corpora vitrea translucida erant, quanquam sparsis locis paulisper subrubra et colore lacteo. Iris facile scindebatur in parte adversa glauca et sublustris, nodorum exiguorum multitudine tecta, in altera parte pigmento tenaci magis ravo quam nigro cooperta. Item chorioidea fere aequabiliter rubescens et saturata. Extravasata sanguinea in ambabus retinis; locus flavus non satis clarus.

In sectione ab Heusinger [36]) facta alvus, coxae et femora crassis pulvinis pinguineis circumdata fuerunt, ceterae partes macriores et bulbi oculi non omni ex parte

36) Caspers Wochenschrift 1851. Nr. 4.

tecti, quorum nec qualitas nec quantitas commutata erat. Coacervatio autem telae cellulosae et adipis duplicata, conspissata, et similis sevi bubuli consistentiae, qualis etiam post bulbos reperiebatur, ac colore flavo saturato fuit. Exsudatio vero serosa vel pseudorganisatio in bulborum circuitu in molli, vel in osseo nulla fuit. Glandulae lacrimales circiter dimidia parte minores. Adipis culcitrae varie tinctae fuerunt, et venis perscissis aër exiit. — Glandula thyreoidea aequabiliter explicita, sed duplo fuit hypertrophia quamquam sine deformitatibus. — Cor per magnum, remissum, in basi admodum pingue, in quattuor cavernis fere aequabiliter sanguine refertum congelato, sed nulla secretione fibrina. Atria textura laxissima erant, ceterum normalia, aeque ac vasa magna iuxta fuerunt. Ventriculus sinister hypertrophicus erat et dilatatus, ita ut cavum eius grande ovum anserinum caperet. Parietes fere unciam crassi, sed flaccidae et pallae. Nec minus laxus dexter ventriculus, qui iusta magnitudine laevi ventriculi appendicis speciem praebuit, cuius acumen per dimidiatum digitum descendit. Valvulae normales, mitralis paulisper amplificata, cuius in margine pauca sedimenta. — In dextra pleurae caverna adhaesiones vetustae, in sinistra circa octodecim unciae exsudati serosi ac liquidi inerant. Dimidia pars lobuli pulmonis inferioris compressa fuit, ac nullnm aërem continebat. Ambo lobuli paullum oedematosi, ceterum sani erant. — Caverna ventris exiguas multitudines seri sine floccis inclusit. — Hepar iunctura glutinosa cum tenuibus et foliaceis marginibus adipis multitudines continebat abnormes et texturam fibrosam et videbatur ex hypertrophia recedere. — Splen tripliciter amplificatus cum folliculo vehementer contento nonnullisque locis spissato, marginibus incisis, rugosis et fragilibus; in substantiam rubram facile conterebatur et alba corpuscula aucta atque amplificata erant. — Intestina autem aeque atque organa uropoëtica normales erant. — Ovaria ad functionem omnino inepta, in superficie nullos folliculos ferentia, omni ex parte aequabiliter flava tendinoso hic illic cartilagineo spissamento ad dimidiatam lineam crasso indumenti peritonealis. Plurimae crenae et rugae ostendebant satis aperte tabem parenchymatis, quod ex materia fusca, lenta atque arida compositum fuit cum frequentibus fibroidibus interspersis. Nec non in utero

fibroides erant usque ad avellanarum magnitudinem, quarum consistentia cartilaginis mollis similis erat. Fibrae incompositae erant, et arcuatae circa complura centra nudis oculis aspiciebantur. Labia orificii uteri ad nodos in orbem sinuatos amplificata erant, ac longitudo uteri in superficie externa tuberosi cum portione vaginali erat plus quattuor unciarum, latitudo normalis. Caverna uteri pulte colori chocoladeo simili repleta erat, et membrana mucosa dilapsura.

De prognosi.

Prognosis quoque admodum incerta est. Nonnulli, qui de hoc morbo enarrant, de effectu medicamentorum omnino nihil referunt. Quater mors morbum consecuta est et quidem semel ex cordis morbo nimis progresso. Quintum casum mortiferum Henoch commemorat, sed accuratius rem non exponit, quo fit, ut vix eum huc pertinere arbitremur. Quod autem ad illos morbos pertinet a Basedow prolatos [37]) et ab Yves spectatos, in quibus aeque atque in quarto quodam casu a Boneto spectato, nec palpitationes nec struma commemorantur. Primus antiscrofulosis, secundus venaesectione venae iugularis et Cal. cum Ial., tertius vero exstirpatione sanatus est. Morbus quoque a Boneto allatus in melius versus est. Bis Basedow vidit aegrotum meliorem fieri, nec tamen ut plane convalesceret, bis item Begbie, semel Cooper. Plane sanarunt Lubarsch unum, Begbie unum, Cooper duos aegrotos. Alias curatione plerumque aut aliqua ex parte aut per breve temporis spatium morbus minutus est quattuor primis casibus exceptis, quos Brück refert [38]) et qui minus accurate spectati et expositi, ideoque vix digni sunt, quos commemoremus. Semel, id quod Graves refert, sine curatione morbus aliquatenus sistebatur et minuebatur. Ter malum levabatur, bis omni curatione restitit. Lubarsch unum ex aegrotis plane convalescere vidit, Heusinger ex extravasato pleuritico alium perire, Begbie unum plane convaluisse memorat, et alios duos,

---

37) Caspers Wochenschrift 1840. Nr. 13.
38) Ebendas. 1840. Nr. 28.

quorum sanatio complicationibus tantum retardabatur; morbum a Naumann spectatum mors consecuta est. Cooper duos morbos plane sanavit alterum intra annum, alterum post annum et dimidium. Tertium morbum maxime levavit. Reconvalescentiae a Basedow spectatae admodum incertae sunt, quoniam aegroti fere in morbum reciderant, uno solo excepto, qui intra duodeviginti annos nunquam recidit.

Ergo prognosis non nimis fausta putanda est, quum aut malum raro sublatum sit, aut cordis morbus quidam simul exstitisse putandus sit, cuius prognosis non admodum secunda videtur.

De therapia.

Therapia aeque difficilis et inexplorata est, quum in aliis casibus alia medicamenta usurpata sint, nec tamen ullis videamus ad satis faustum exitum perventum esse. Tum antiscrofulosa adhibita sunt, tum morbus cordis praecipue curatus, tum antiscrofulosa vel antiphlogistica curatione strumam tollere conati sunt medici. Nec resorbentibus abstinuerunt ea maxime de causa, ut in oculo resorptio gigneretur. Roborantia tamen, inprimis ferrum, omnium efficacissima fuisse videntur. Narcotica autem morbum aliquamdiu et paulisper levarunt. Iam breviter singula sequamur.

1. Antiphlogistica primum nullum fere successum habuere. Quinquies autem adhibita sunt, velut a Donnel, ut ipse refert, sed tam incassum et paene cum damno, ut protinus ei ad alias medicinas confugiendum esset. Bis Henoch quoque magna certe ex parte curationem antiphlogisticam susceperat. In altero casu curatio incepta est per venaesectionem trium vasculorum, nec non plumbum aceticum interne trinis per diem granis dimidiatis adhibitum; hebdomadibus deinde sequentibus bis strumae hirudines appositae sunt, sanguinis quoque missio repetita est, sed nullo fausto successu, nisi quod strumae magna pars hirudinibus applicatis per aliquod tempus considebat. Aeque inutilis mansit regionis cordis et strumae fomentatio frigida, nec magis acetum digitalis superadditum profuit, ita ut ad alia medicamenta transeundum esset. — In altero casu item curatio per sanguinis emissionem trium

vasculorum et usum aquarum tepidarum sedentarium additis decoct. chamom. et summit. Millef., vesperi duobus pilulis aper. Stahlii incepta est, quo facto venaesectio frustra bis repetita est. Sed haec curatio sic mutata est, ut quinto decimo quoque die sex octove sanguisugae ad strumam applicarentur et ad femorum superficiem internam cucurbitulae aptarentur, et denique thea herbae Sabinae et pilulae ex extracto aloës et extracto nucum vomicarum spirituoso adderentur, quo facto primum quidem hirudinibus applicitis struma per aliquod tempus minui visa est, sed ceterum nulla sanatio effecta est, immo ipsa struma ad extremum vehementer induruit. Similiter Cooper [39]) contra cordis palpitationes hirudines adhibuit item cum brevi tantum successu. Bis etiam a Basedow antiphlogosis adhibita est; semel postquam trina per diem quadrantia grani lapidis infernalis frustra sumpta fuerunt. Hirudines octavo quoque die ad mammas applicari iussit et aquis Heilbronnensibus, quae Adelheidiae nominantur, uti. Sed licet hic morbus levaretur, tamen valde dubium est, quid curatio antiphlogistica effecerit, quoniam potius coniici potest, plurimam vim in iodina sitam fuisse, quae postea sola adhibita duas recidivas sustulit. In alio casu venaesectio cum hirudinum ad anum applicatione, digitali, aliis, sed sine successu adhibita est. — Unguentum hydrargyri cinerei frustra a Basedow in tempora intritum est. — Curatio mercurialis interne adhibita molestias quidem mercuriales excivit, exophthalmi sanationem nullam effecit, id quod Cooper cognovit [40]).

2. Quod ad curationem adversus cordis erethismum directam pertinet, medicamentorum digitalis saepissime usurpata est, qua certe mali universi deminutinonem ortam esse Pauli putavit, sed incertum est, quam diuturna. Similem successum experti sunt Naumann, Lubarsch et Basedow, qui digitalem cum iodo coniunxerant. Sed aegrota a Basedow spectata postea maxime inter duas praegnantias satis bene revaluit, etiam si nec color oris lividus et chloroticus nec bulborum prominentia plane evanuit. Ad alium casum Basedow cum digitali sanguinis

---

39) Caspers Wochenschrift 1849. pag. 782.
40) Ebendaselbst 1849. pag. 784. 785.

emissionem et sanguisugas frustra adhibuit. Nec digitalis ab Henoch usurpata, ut iam supra dictum est, successum habuit. Fomentationes frigidae ad regionem cordis et narcotica localiter adhibita iam supra commemoratae sunt, vel sub narcoticis commemorabuntur. Argentum nitricum semel ac nullo successu a Basedow usurpatum est.

3. Resorbentia et derivantia omni successu caruerunt, iodo fortasse, de quo infra dicemus, excepto. Emplastrum cantharidum regioni cordis a Naumann impositum est exiguo successu.

4. Ex narcoticis digitalis supra iam allata est. — Aqua amygdalarum a Basedow adhibita nullum successum habuit, nec crocus ab Henoch cum herbae Sabinae thea adhibitus, nec nux vomica pilulis ex extracto nucum vomicarum spirituoso factis. — Acidum hydrocyanatum autem coniunctum cum belladonna (empl. Bellad.) regioni cordis imposita aegrotum, quem Graves curabat, saltem levabat. Eundem successum habuerat belladonna a Stokes simul cum interno usu ferri adhibita, de qua re Donnel refert.

5. Antiscrofulosa curatio, cui usum iodi addimus, nonnunquam faustissimum, si quidem is hac in re statui potest, successum habuit, quippe cum ea Bonetus exophthalmum (ac id quidem aeth. minerali), Yves eadem bulborum prominentiam trium linearum intra tres menses sanarent; nec tamen hic, nec illic struma palpitationesque memorantur. Semel etiam Henoch kalio iodato usus est, postquam sanguinis detractiones, fomentationes frigidae, acetum digitalis, Plumbum aceticum nihil effecerunt; sed sic quoque ad extremum nihil effectum est. Lubarsch contra aliquamdiu faustum successum nactus est, videlicet strumae deminutionem, nec tamen sine obduratione. Naumann vero ferrum iodatum adhibuit, aeque curatione item imminutionem quidem, sed indurationem strumae effecit. Successus multo meliores Basedow iodina adhibita consecutus est. Quamquam semel externe in collo eam sine successu adhibuit, et dubium est, num secunda convalescentia ex iodo externe item adhibita orta sit (ceterum initio sane exigua) an, id quod verisimilius praecipue posteriori tempore et intra puerperia tria sequentia, ex commutata sanguinis crasi progenita sit. Sed certum est,

bis successus faustissimos fuisse, quum a Basedow aut una cum digitali adhiberetur iodum, aut sub aquis Heilbronnensibus.

6. Ex roborantibus solum ferrum propter proprium in sanguinis crasin effectum inprimis a Britannis usurpatum, revera profuit. Certe Marsh post multa alia medicamenta id inprimis ferri hydrici forma efficacissimum reperit, cui Heusinger, Begbie, Cooper, Helfft assentiuntur. Ac Stokes in firma diaeta et cum emplastro Belladonnae cordi applicito eiusdem medicaminis beneficio morbum levatum vidit. Brueck aquas Driburgenses utilissimas fuisse affirmat, etsi id post prorsus negavit [41]). Lubarsch diaeteticum vini usum semel, alias elix. acidi Halleri plurimum profuisse contendit.

Naumann mucilaginem seminum cydoniae cum aqua rosarum ope compressuum corneae imposuit, quo allevatio quidem effecta, sed oculorum acies obtusa est. Ac quoniam compressus noctu siccabantur et bulbo irritanter inhaerebant, linteum tenue siccumque frontis redimiculo operculorum vice suspendit, quo facto symptomata irritantia sublata sunt. Deinde adhibuit ferrum iodatum propter strumam primum granum, postea grana duo per diem. Sexdecim diebus post minor sed durior et adstrictior tumor factus est, et stridor cum pulsationibus minuebatur. Post viginti quinque dies struma succrevit et in ambobus bulbis dolores torquentes, adversus cerebrum radiantes sentiebantur, qua de causa jodinae usus intermissus est. Bulbi irritati solutione plumbi acetici cum opio levati sunt, atque interne opium et clysteres ex chamomillae infuso parati adhibiti sunt. Opium bene efficax fuit adversus oculorum et frontis dolorem. Regioni deinde cordis emplastrum cantharidum impositum est. Infusum digitalis pulsus a centum et viginti quinque ad nonaginta redegit et simul et angores ac timorem mortis sustulit. Addita est ad recreationem aqua glacialis, denique parvae doses aetheris cum morphio alternatae sunt.

Lubarsch ab initio morbum symptomatice curavit, in strumam Kalium jodatum illini iussit et contra palpitationes

---

41) Caspers Wochenschrift 1849. pag. 213.

interne digitalem cum extracto hyoscyami feliciter adhibuit. Paucis hebdomadibus post amborum symptomatum deminutio cognita est, quae tamen medicamentis intermissis protinus augebantur. Ac cum symptomata scrobutica exstitissent, ad curationem antiscorbuticam Lubarsch aggredi instituit, ex qua aegrota elixiro acido Halleri sumto perquam bene habere se coepit. Sed tum demum, quum aegrota varioloidibus valde debilitata in eo esset, ut corroborantibus firmaretur, et imprimis vini usui constanti assuesceret, faustissimi successus visi sunt. Succrescentibus enim viribus corporis struma et palpitationes usque decrescebant et bulborum prominentia minuebatur. Qua re Lubarsch therapiam contendit [42]) semper roborantem esse debere; si diagnosis ad anaemiam ducit, ferrum vel acida mineralia adhibenda esse, in dyscrasia satis aperte expressa indicia certa ex tonicorum ordine cognosci. Ceterum carnes commendat et sub divo ambulationes.

Heusinger tres casus non infelici successu curavit. Ac laudat is maxime ferrum. Aquis Driburgensibus per complures annos continuos uti jussit, et per nonnullos menses ferrum carbonicum saccharatum adhibuit, actiones autem cordis rapidas contraindicantes non iudicavit. Digitalem et acida mineralia etiam symptomatice usurpata Heusinger plane respuit.

Nec non Begbie propter symptomata anaemiae ferrum adhibuit et ferri hydrici cum Aloë magnas doses dedit. Carnes praeterea commendavit, commorationem in ora maritima, atque ambulationes sub divo frequentes. Quo convalescentia universalis celerrime exstitit. Leucorrhoea defecit, struma evanuit, oculi formam normalem receperunt, vasorum cordisque abnormitates cessarunt. In secundo casu eadem curatio eodem cum successu suscepta est, etsi lentius, quin curatio bis intermittebatur. Tertio casu, a Begbie ferri citrici magnae doses adhibitae sunt feliciter in diaeta carnis firma et cum modico aloës usu. Sed, cum hic quoque, dysenteria intercurrente, quae quidem malum non auxit, curatio intermitteretur, sanatio aliquamdiu retardata est, sed secundum descriptionem postea satis absoluta videtur fuisse.

---

42) Caspers Wochenschrift 1850. Nr. 4. pag. 64.

Helfft [43]) anaemiam morbi basim esse arbitratus ab initio sanguinis detractiones condemnat, quibus morbum tantum ad infelicem exitum protrudi contendit etiam in iis casibus, in quibus symptomata cerebri et asthma indicationem praebere videantur. Nec non emenagoga plane reiicit, eaque contendit omnino inutilia et supervacanea esse et menstrua anomala in eadem anaemia posita esse, quae tollere conari semper irritum sit. Itaque nihil efficacius et solum efficax ferrum perpetuo adhibitum esse vult; atque praeterea aegrotos firmis carnibus, aëre oxygenioso et impigra corporis exercitatione uti debere.

Cooper [44]) per diem ferrum hydricum et pitulas ex aloë et myrrha comparatas propter obstructionem, quae exstiterat, deinde aquas tepidas cum totius corporis frictionibus, valentes cibos, denique ambulationes adhiberi iussit, quo nutritus auctus est, menstrua renata sunt et morbus universus in melius vergit, ita ut aegrotus intra duodeviginti menses hac curatione tonica plane reconvalesceret. In secundo casu diversis praeparatis ferri usus est una cum hyoscyamo, aloë, myrrha satis feliciter. Etiam felicius in tertia curatione ferrum interne adhibuit, ita ut valentibus cibis et frigidis aquae salsae fomentationibus toti corpori applicitis, ac frictionibus aegrotus inde a quinto mense intra annum plane reconvalesceret.

Denique praegnatio hac in re minime negligenda est. Iam supra commemoravimus bis a Basedow morbi ad melius inclinationem intra compluria puerperia sese excipientia cognitam esse. Et hic et illic iodum quidem adhibitum fuerat, sed iam longius aut longissimum tempus et sine conspicuo successu. Verisimile est, praegnationem ipsam una cum iodo ad vitae vasorum uteri atoniam tollendam efficacem fuisse.

Decursus morbi.

Iam mihi liceat morbi eiusmodi, cuius spectandi occasio mihi auctoritate et benigna liberalitate viri doctissimi egregioque usu experti Blasii oblata est, ortum et decursum paucis enarrare.

---

43) Caspers Wochenschrift 1849. Nr. 49. pag. 408.
44) Ebend. 1849. pag. 782. 784. 785.

Paulina M.....z virgo viginti duo annos nata extremo mense Maio in nosocomium chirugicum atque ophthalmiatricum Halense recepta est, quae satis firmo corpore nullo adhuc morbo tentata ac nullis scrofulis affecta fuerat; id quod et ipsa dictitabat et facile cognosci potuit.

Primum ante menses fere duodecim in morbum incidit, qui sic exstitit, ut alvus cineraceus, pertenuis ac liquidus, quater quinquiesve per diem descenderet. Atque menstrua, quae inde a quinto decimo usque ad vicesimum primum vitae annum iusta fuerant et normalia, subito cessarunt, nec non eodem tempore palpitatio accelerata exorta est. Non ita multo post oculos quoque commutari sensit, scilicet bulbos protrudi et usque augeri. Diarrhoea quidem minuebatur decem fere hebdomades post faecibus tamen cineraceis manentibus. Statim ab initio nigrescens urina et rubida fuit. Cum palpitationibus autem simul angores geniti sunt atque asthma, tussis denique arida, et mox glandula thyreoidea intumuit. Sex mensibus post menstrua sine omni curatione sponte reversa sunt, quae etiam nunc iusta et normalia quarta quaque hebdomade redeunt.

Aegrota cum in nosocomium venit, sufflavo visu fuit et tumido vultu, palpebris paulisper turgescentibus, nec tamen oedematosis, bulbis duas fere lineas prominentibus, ut tamen haud difficile reprimerentur. Oculi nitidi, obtutus torpidus; iris, cornea normales, nec minus pupilla satis mobilis et palpebrae sine magna difficultate claudebantur. Thyreoidea universa turguerat ac manu imposita stridor satis vehemens, stethoscopio autem strepitus in ea stridens metallicus reperiebatur et secundum magna colli vasa utrimque crepitus quasi serris strepens ac flatus susurrans. Nullus stridor in corde deprehendebatur, sed sonus alter in acumine inertior atque actio accelerata; nec percussione anorme quidquam in corde detectum est. Pulsus erant centum. Aegrotae habitus superioris corporis minime constans fuit, nec manus unquam quiescentes, vox paulisper arcta. Cibo et potu ut ante consueverat, delectabatur, nec minus facilis et laetus ei erat somnus sine ullis angoribus et visibus. Nonnunquam doloribus cardialgicis afficiebatur et interdiu quidem totum corpus semper satis multo sudore manabat, nocte nunquam. Sub divo

saepe ei lacrimae prorumpunt, nec non anno superiori coniunctivam bulborum saepius inflammatam sibi esse meminit.

In nosocomio iam per duos menses, quum ferro fere semper adhibito tractata sit, id quidem adhuc effectum est, ut color flavus oris magis magisque evanuerit, palpitationes cessaverint, tumor denique thyreoideae paullisper decreverit.

VITA.

Natus sum Guilelmus Ernestus Zschuck Alslebiae die undevicesimo mensis Februarii anni MDCCCXXIX patre Ferdinando Guilelmo, matre Guilelma, parentibus amantissimis, quos praematura morte, illum ante hos duo annos, hanc ante viginti annos, ereptos mihi esse lugeo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis literarum elementis a praeceptore privato imbutus, Paschali tempore anni MDCCCXLIII gymnasium Islebiense directore Ellendtio adii. Maturitatis ibi testimonio instructus auctumno anni MDCCCIL hanc petii Fridericianam et ab Ill. Meier t. t. Prorectore Magnifico numero civium adscriptus apud B. Friedlaender nomen studiosi medicinae professus sum.

Per quadriennium hisce interfui scholis: Weissenborn de logice et metaphysice bis, de aesthetice; Sohncke de introductione in analysin infinitorum, de calculo differentiali et integrali, nec minus de eorum usu, de mechanice; denique sodalis seminarii mathematici per quinque semestria fui. Audivi Gartz de geometria descriptiva; Marchand de chemia experimentali et de arte observandi et experimenta instituendi; Eiselen de monarchia; Rosenberger de astronomia sphaerica atque theorica, de elementis geometriae analyticae, ipsaque geometria analytica et de algebra; Schweigger de physice; de Schlechtendal de botanice; Germar de mineralogia; Erdmann de psychologia; Giebel de zoologia; Cornelium de meteorologia; Steinberg de chemia organica, de venenis metallicis, de zoochemia. Per annum eius laboratorii chemici fui sodales. Praeterea audivi d'Alton de anatomia cuncta descriptiva, de arte cadavera rite dissecandi, de anatomia comparata et pathologica; Volkmann de osteologia et physiologia; de Baerensprung de pathologia et therapia generali et

speciali, nec minus de auscultatione et percussione; Reil de historia medicinae; Meckel de encyclopaedia et methodologia medicinae; Krahmer de pharmakologia et arte formulas medicas rite concinnandi; Blasium de chirurgia universali et speciali, de akiurgia, de fracturis ossium et luxationibus, de arte fascias rite applicandi et de instrumentorum apparatu, de operationibus ophthalmiatricis; Hohl de arte obstetricia; Krukenberg de pathologia et therapia speciali.

Scholis clinicis interfui chirurgicis et ophthalmiatricis Blasii, medicis Krukenbergii per tria semestria, obstetriciis Hohlii per semestre.

Quibus omnibus viris optime de me meritis summas ago, semperque habebo gratias.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I.

Combustio spontanea non est neganda.

II.

Ambo cordis soni a valvulis gignuntur. Prior est sonus ventriculi et gignitur, dum systole cor comprimit, contentione actuosa s. activa valvularum atrio-ventricularium deorsum vergente. Alter vero cordis strepitus est vasorum sonus et gignitur, dum diastole passiva contentione valvularum semilunarium deorsum panditur.

III.

Struma, exophthalmus, cordis morbus non nisi symptomata unius morbi sunt, si una inveniuntur.